

www.e-rara.ch

Habes opt. lector Opus felicissime renatum infinitis membris emendatis exactiusque conformatis, & adiectis multis quibus antehac caruerat annis, perfectum ...

Cochlaeus, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1536

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: B 88 | G

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-47717>

Clarissimo viro, domino Thomae Moro, [...] Ioannes Cochleus s. p. d.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CLARISSIMO VI-

RO, DOMINO THOMAE MORO, ANGLIAE

BARONI, SERENISSIMI ANGLIAE FRAN-

CIAE QVE REGIS A' CONSILIIIS, AC DV-

CATVS LOCASTRIAE CANCELLA-

RIO &c. IOANNES COCHLEVS

S. P. D.



Nueni hic, optime ac eruditissime More, in bibliotheca Dni Ste-
phani Chronicon Cassiodori, libellum quidē paruulū, sed Ro-
mana nobilitate insignē, eruditiscq; omnibus merito desyderabi-
lem. Is tuis potissimum auspicijs in publicā lucem post longas
tenebras exire gestit: quia neq; inter eruditos, neq; inter magistra-
tus reiq; publicę consultores quisquam hodie uiuit, qui mihi ui-
deatur in omnibus Cassiodori similior quā tu es. Nulli profecto detrudere,
nullum contemnere est animus: Scio multos eximia eruditione illustrare secu-
lum hoc nostrum, uideo in republica magna nōnullos autoritate pollere, dexte-
ritate moderari, honoribus fulgere. Sed qui sic coniunxerit eruditioni omni-
nē cunctas uirtutes politicas, & quidem summa cum pietate ac bonitate, ut olim
Cassiodorus, præter te equidem, bona omnium pace dixerim, neminem noui.
Patere igitur æquo, precor, animo, hunc paruū magni autoris libellum nomi-
ni nuncupari tuo, ut per te Romana iuuentus, belli calamitatibus misere nunc
afflicta, non nihil consolationis ex hoc breui libello accipiat, dum antiquæ no-
bilitatis suę pulcherrimam hanc certā, licet longissima ualdeq; numerosa Con-
sulum serie imaginem intuetur & agnoscit. Habet autor iste eruditionis quidē
ac pietatis suę certissima in suis super Psalteriū Commentarijs testimonia. Pro-
bitatis autem & prudentiæ iustitięq; eius integritatem ac omnimodum dignita-
tum fulgorem ex XII libris Epistolarum eius liquido cognoscet, quisquis fe-
lix eorum librorum possessor est. Quos utique simul cum nonnullis alijs eius
opusculis æditurus eram, si mihi Romæ, ubi eos reliqui, ut cum exemplari quod
in bibliotheca Vaticanæ erat aliquando cōferrem, à militum direptione salui per-
mansissent. Ex innumeris autem publicisq; de eo eiusq; parēte testimonijs, unū
aut alterum paucis hic referam. De patre quidem eius ita scripsit ad Senatum
rex Theodericus: Meministis P. C. & adhuc recentium uobis rerum memo-
ria ministratur, qua moderatione Prætorio culmini locatus infederit, & eue-
ctus in celsum inde magis despexerit uitia prospectorum, iunxit bene cum uni-
uersorum gaudijs nostra compendia, ærario munificus & iuste soluentibus gra-
tiosus. Sensit tunc respublica ex illo cœtu Romuleo innocentia uirum, qui se
moderando gloriosum fecerit: hoc tamen maius contulit, quia bonę actionis
exemplum sequentibus reliquit: Pudet enim eum peccare qui laudatis uidetur
potuisset succedere. Fuit itaq; ut scitis, militibus uerēdus, prouincialibus mitis,
dandi auidus, accipiendi fastidiosus, detestator criminis. amator æquitatis, &c.
Ad ipsum autem Cassiodorum filium in Præfecturam Prætorianam mox eue-
hendū, ita scripsit rex Athalaricus, Theodorici regis & nepos, & in regno suc-
cessor: Erat planē, inquit, quod in te prædicaret Dominus auus noster eximiū,
animū ad promerenda beneficia patulum, & cōtra uitia cupiditatis obstructū

Lib. 1. Epist.
stol. 4.

Lib. 9. Epist.
la 24.

Dd dum

I O. COCHLEI AD THOMAM MORVM DEDIC.

Lib. eodem
Epistola 25.

Lib. 11. Epi-
stola 3.

dum nescio quo pacto raro est in hominibus manus clausa et aperta iustitia. Ne sciuit quisquā de te submurmurare contraria, cum tamen de principali gratia sustineres inuidiam, de rogare cupientes uicit integritas actionis. Et post pauca: Quapropter iuuante deo, quo autore cuncta prosperatur, ab Indictione XI I, in Præfecturæ Prætorianæ te suggestu atq; insignibus collocamus, ut probatum iudicem sine metu Prouincię suscipiant, quas hactenus cognouimus improborū actione fatigatas. Sed quamuis habeas paternam Præfecturam Italico orbe prædictam, aliorū tibi tamen exempla nō ponimus, uetera moribus tuis & omnium uota complesti. Et infra: Constitue & huic regulam dignitati, qui antea cunctis fascibus mirabilis cōtinentiæ exempla præbuiti: Nā licet omnes penē honores summos æqualiter egeris, habes tamen proposita conscientia bona ubi nullā decet esse mensuram, &c. Idem ad Senatum: Cum laudauimus quidem, inquit, P. C. beneficij nostris copiosum uirtutibus, diuitem moribus, plenum magnis honoribus Senatorem, cuius si merita cōsideretis, debemus etiā quod soluimus. Quam enim compensatione cōmendandus est, qui aures Dominantiū luculenta saepe prædicatione compleuit, dignitates sibi creditas eximia grauitate tractauit, & uisus est tempora facere quę merito laudarentur in principe. Credimus P. C. & si adhuc referre uolumus, beneficia collata superatur. Nostris quoque principis quanto se labore concessit, cum nouitas regni multa posceret ordinari: Erat solus ad uniuersa sufficiens, ipsum dictatio publica, ipsum cōsilia nostra poscebāt, & labore eius actū est ne laboraret imperiū, &c. Hęc & id genus plurima extāt de huius autoris, qui peculiari quodā insigni miraculo priuilegio proprie Senator dictus est, quemadmodū Philosophus Aristoteles: Poëta Virgilius: Propheta David, uirtutibus testimonia publica. Quæ ideo prolixius quā decet, fateor, præliminari Epistola referunt, ut eō certior fiat de Consulū serie Lector, quā à tanto uiro, qui & ipse Consul ordinarius fuit, collectā esse cognouerit. Atq; ut de reliquis opusculis eius ad communem utilitatem peruestigādis tanto quisq; fiat diligentior, quanto autor iste inter omnes doctores Ecclesiasticos dignitatum secularium honore summa cū integritate religioneq; & pietate præfulsit. Quamuis enim reges eius essent Ariani, ipse tamē fidelissime perpetuo tenore catholice Ecclesię partes defendit, uti probant diuersi eius in re theologica tractatus, & propria eius uerba, quæ in Præfectura ad Papam Ioannem II scripsit: Mihi filio, inquit, uestro intelligentiæ sensus aperiat, ut quæ uere sunt utilia sequar, quæ uitanda refugiam. Talem deniq; iudicem excipiat publicus actus, qualem filiū catholica mittit Ecclesia. Sum quidem iudex Palatinus, sed uester non destinā esse discipulus; nam tunc ista recte gerimus, si à uestris regulis minime discedamus. Et quod adhuc mirabilius est, magisq; pium ac religiosum, relicto tandem seculo cum omnibus honoribus dignitatibusq; imperij, monasticam uitam ita suscepit, ut monasterium Viuariense, non longe à Rauenna situm, amplissimis censibus donauerit, uarijs edificijs ornauerit, ac locupletissima instruxerit bibliotheca. Id quod latius cognoscet digniusq; mirabitur, qui introductorios eius ad fratres Viuarienses legerit libros. Huius igitur innocentissimi uiri libellum, More disertissime, pro tua erga cunctos humanitate studioq; & amore antiquitatis, læta, ut soles eruditissima quęq; perlege fronte: Quem, ne paruitate sua intercidad, reliquis Chronographis adiunget Ioannes Sichardus. Bene uale decus seculi nostri singulare. Ex Moguntia III Idus Nouemb. Anno M. D. XXVIII.

M. AVRELI